

# La communion des malades

*En entrant dans la chambre du malade, le prêtre dit :*

*V. Pax huic dómui.*

*R. Et ómnibus habitántibus in ea.*

*Le prêtre pose le Saint Sacrement sur le corporal et fait la gónuflexion. Toutes les personnes présentes se mettent à genoux. Le prêtre prend de l'eau bénite et asperge le malade et la chambre en disant :*

Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor : lavábis me, et super nivem dealbábor. Miserére mei, Deus, secúndum misericórdiam tuam. Glória Patri, et Fílio, et Spíritu Sancto. Sicut erat in princípío et nunc, et semper, et in sácula sáculórum. Amen. Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor : lavábis me, et super nivem dealbábor.

*V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.*

*R. Qui fecit cælum et terram.*

*V. Dómine, exáudi oratiónem meam.*

*R. Et clamor meus ad te véniat.*

*V. Dóminus vobíscum.*

*R. Et cum spíritu tuo.*

Orémus

Oratio

**D**xáudi nos, Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus : et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis ; qui custódiat, fóveat, próteget, vísitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum, Dóminum nostrum. *R. Amen.*

*Si cela est nécessaire, le malade se confesse.*

*Après la récitation du Confiteor, le prêtre fait la gónuflexion, prend une hostie et la présente en disant :*

*V. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.*

*R. Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. (trois fois).*

*Le prêtre donne l'hostie en disant :*

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

*Le prêtre se purifie les doigts dans un verre d'eau, puis dit :*

*V. Dóminus vobíscum.*

*R. Et cum spíritu tuo.*

Orémus

Oratio

**D**ómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (soróri nostræ) sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui, tam córpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempitérnum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sáculórum. *R. Amen.*

*Puis le prêtre bénit le malade en disant :*

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. *R. Amen.*

